
Eſte quaderno ſe hizo ſiendo
dignissima Priora de eſte Cõ
uento de Carmelitas deſcal
ças de San Ioſeph nr̃a Ma
dre Bernarda de San Iuº, a
quien Dios guarde muchos
años para ſu ſanto ſeruicio.
Eſte año de 1645.

In feſto Sancti Eliæ Ducis,
& Patris noſtri.
Ad Veſperas Antiphª.





Elo ze latus

sum pro Domino

De o exercitu um,

quia dereliquerunt

pactum tu um fili j

Israel. ps.

Seculoꝝ Amē. aña.




Sque quo clau-

dicantis in duas par

tes? si Dominus



rum ad patres e o



rū. p̄ Seculoꝝ A me.

In festo S. Eliæ Ducis, et Patris nr̄i. Introit.

E cce e go mit



tam vo bis Eli am



# MISSA S. IOSEPH CONFESSORIS PROTECTORIS, ET PATRONI

*** Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum. ***

## INTROITVS.

De Ventre Matris meæ, tu es Protector meus: repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam tota die, magnitudinem tuam: Alleluia. Alleluia. *Pſalm.* Qui Regis Iſrael intende; qui deducis velut ovem Ioſeph.

℣. Gloria Patri, &c. De ventre matris meæ &c.

## ORATIO.

Deus, qui ineffabili providentia, Beatū Ioſeph, Sanctiſſimæ Genitricis tuæ Sponſum eligere dignatus es; præſta quæſumus: vt quem Protectorem Veneramur in Terris, interceſſorem habere mereamur in Cœlis. Qui vivis, &c.

*Commemoratio Dominicæ.*

## EPISTOLA.

*Lectio lib. Geneſ. cap. 49.*

Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum: ſed exaſperaverūt eum, & iurgati ſunt, inviderūtque illi habentes Iacula. Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula Brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob: indè Paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. Deus Patris tui erit adiutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi, benedictionibus Cœli deſuper, benedictionibus abyſſi, Iacentis deorſum benedictionibus Vberum, & vuluæ. Benedictiones Patris tui confortatæ ſunt benedictionibus Patrum eius; donèc veniret deſiderium Collium Æternorum; fiant in capite Ioſeph; & in Vertice Nazarei intér fratres ſuos. Deo gratias.

Alleluia Alleluia, de quacūque tribulatione clamaverint ad me. exaudiam eos;

tiplica bi tu:pli

eos; & ero Protector eorum semper. Alleluia.

℣. Fac nos innocuam Ioseph, decurrere vitám, sitquè tuo semper tuta patrocinio. Alleluia.

✠ Sequentia S. Evangelij Secundum Lucam. *Cap. 3.*

IN illo tempore, factum est autèm, cum baptizaretur omnis Populus, & Iesu baptizato, & orante, apertum est Cœlum, & descendit Spiritus Sanctus corporali specie sicút columba in ipsum: Et vox de Cœlo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi: Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph.

*Dicitur Credo.*

OFFERTORIVM.

LAuda Ierusalem Dominum, quoniam confortavit seras Portarum tuarum benedixit filijs tuis in te. Alleluia. Alleluia.

SECRETA.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi Patrocinio suffulti rogamus Domine, Clementiam tuam; vt corda nostra facias Terrena cūcta despicere, ac te verum Deum perfecta Charitate diligere. Qui vivis, &c.

*Commemoratio Dominicæ.*

COMMVNIO.

IAcob autém genuit Ioseph, Virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Alleluia, Alleluia.

POST COMMVNIO.

DIvini muneris fonte refectis, quæsumus Domine Deus noster, vt sicut nos facis Beati Ioseph protectione gaudere, ità eius meritis, & intercessione Cœlestis gloriæ facias esse participes. Per Dominum &c.

*Commemoratio Dominicæ. In fine Evangelium eiusdem.*

Ite Missa est.

℟. Deo Gratias.

ROMÆ, Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apost. M.DC.LXXX.

*SVPERIORVM PERMISSV.*
*Mexici, apud Ioannem de Ribera. Anno 1681.*

# In festo Sanctissimi Ioseph. Introitus.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur: plā